

Ordo ad recipiendum processionaliter Prælatum, vel Legatum	pag. 280
Ordo ad visitandas Parochias	282
Ordo ad recipiendum processionaliter Imperatorem	286
Ordo ad recipiendum processionaliter Regem	287
Ordo ad recipiendum processionaliter Principem magnæ potentiæ	288
Ordo ad recipiendum processionaliter Imperatricem, vel Reginam	289
Ordo ad recipiendum processionaliter Principissam magnæ potentiæ	290
De Officio, quod post Missam solemnem pro Defunctis agitur	291
De scrutinio serotino, quo antiqui utebantur, antequam Electus in Episcopum consecraretur	297
De barba tondenda	304
De Officio Psalmistatus	304

INDEX APPENDICIS.

Pontificalis Ritus pro baptismo parvulorum	305
Pontificalis Ritus pro adultorum baptismo	311
Pontificalis Ritus pro supplendis omissis super infantem baptizatum	326
Pontificalis Ritus pro supplendis omissis super baptizatum adultum	331
Confirmatio uni tantum conferenda	345
De Clerico faciendo	347
De Minoribus Ordinibus uni tantum conferendis	349
De Ordinatione Ostiarii	349
De Ordinatione Lectoris	351
De Ordinatione Exorcistæ	352
De Ordinatione Acolythi	353
De Ordinatione Subdiaconi	355
De Ordinatione Diaconi	361
De Ordinatione Presbyteri	365
De Consecratione plurium electorum in Episcopos	374
Ritus Pontificalis pro celebrando Sacramento matrimonii	390
Ritus et Formula Absolutionis et Benedictionis Pontificalis post Homiliam seu sermonem infra Missæ solemnis celebrationem	394
Ritus et Formula Benedictionis Apostolicæ	395
Ordo Benedictionis aquæ pro Reconciliatione Ecclesiæ ab Episcopo faciendæ	396

SUPPLEMENTUM

AD APPENDICEM PONTIFICALIS ROMANI.

De Ecclesiæ Dedicatione seu Consecratione, si plura Altaria simul consecrentur	399
De Benedictione Tobæarum, Vasorum et Ornamentorum Ecclesiæ et Altarium Consecratorum	428
De Altarium Consecratione, quæ fit sine Ecclesiæ Dedicatione	430
De Consecratione Altarium, quorum sepulchrum Reliquiarum est in medio summitatis stipitis	445
De Altarium Portatilium Consecratione	446

INDEX GENERALIS PONTIFICALIS ROMANI.

A.

- Abbatis benedictio 54. — Abbatis benedictio auctoritate apostolica 59. — Abbatis benedictio auctoritate Ordinarii 75.
 Abbatissæ benedictio 78.
 Absolutio et benedictio Pontificalis post Homiliam seu sermonem infra Missæ celebrationem impertienda 394. — Absolutio ab excommunicatione 268.
 Acolythi unius ordinatio 353. — Acolythorum ordinatio 15.
 Adultorum baptismus 305. — Ritus pro supplendis omissis super baptizatum adultum 331.
 Altaris consecratio 134. — Altaris consecratio, cujus sepulchrum Reliquiarum est in medio summitatis stipitis 177. — Altarium consecratio 430. — Altarium consecratio, quorum sepulchrum Reliquiarum est in medio summitatis stipitis 445.
 Altaris portatilis consecratio 178. — Altarium portatilium consecratio 446.
 Anathema contra molestantes bona Monialium, vel eas ad malum inducentes 94.
 Annuli Pontificalis benedictio 47. — Annuli Virginis benedictio 87. — Annuli nuptialis benedictio 391.
 Apostolicæ Benedictionis ritus et formula 395.
 Aquæ et salis benedictio in benedictione et impositione primarii lapidis pro Ecclesia ædificanda 117—119. — Eadem benedictio in consecratione Ecclesiæ ibid. — Aquæ benedictio cum sale, cinere et vino in consecratione Ecclesiæ 131. — Aquæ benedictio pro reconciliatione Ecclesiæ 396.
 Armorum benedictio 222.

B.

- Baculi pastoralis benedictio 46.
 Baptismus adultorum 311. — Baptismus parvulorum 305.
 De Barba tondenda 304.
 Benedictionis apostolicæ ritus et formula 395.

C.

- Calicis et patenæ consecratio 198.
 Campanæ benedictio 212.
 Capsarum benedictio pro Reliquiis includendis 210.
 Catechumenorum olei benedictio in feria V. Cœnæ Domini 242.
 Chirothecarum benedictio 49.
 Chrismatis benedictio in feria V. Cœnæ Domini 236.
 De Clerico faciendis 4. — De Clerico faciendo 347.
 Cæmenti benedictio 140.
 Cœmeterii benedictio 186. — Cœmeterii et ecclesiæ reconciliatio 191. — Cœmeterii reconciliatio sine ecclesiæ reconciliatione 197.

Confirmatio plurium 1. — Confirmatio unius 345.
 Consecratio Abbatis vide *Abbas, Abbatissa*.
 Consecratio Altaris 134. — Consecratio Altaris, cujus sepulchrum Reliquiarum est in medio summitatis stipitis 177.
 Consecratio Altaris portatilis 178. — Consecratio Altarium portatiliam. 446.
 Consecratio Ecclesiae 124. — Consecratio Ecclesiae, si plura altaria simul consecrentur 399.
 Consecratio Episcopi 36. — Consecratio plurium electorum in Episcopos 374.
 Consecratio et benedictio Virginum 84.
 Coronarum Virginum benedictio 88.
 Coronatio Regis vide *Regis, Reginae*.
 Corporalium benedictio 202.
 Crucis benedictio et impositio proficiscentibus in subsidium et defensionem Fidei christianae, seu recuperationem Terrae sanctae 220. — Crucis novae benedictio 202.
 Crucis pectoralis benedictio (206) 220.

D.

Dedicatio Ecclesiae 124. — Dedicatio Ecclesiae, si plura altaria simul consecrentur 399.
 Defunctorum officium post Missam solemnem 291.
 Degradationis forma 262. — Degradatio ab ordine Pontificali 264. — ab ordine Presbyteratus 265. — Diaconatus ib. — Subdiaconatus ib. — Acolythatus 266. — Exorcistatus ib. — Lectoratus ib. — Ostiarius 267. — primae Tonsurae ib.
 Diaconorum ordinatio 23. — Diaconi unius ordinatio 361.

E.

Ecclesiae consecratio 124. — Ecclesiae consecratio, si plura altaria simul consecrentur 399. — Ecclesiae et coemeterii reconciliatio 191.
 Ensis benedictio 222. — Ensis novi militis benedictio 114.
 Episcopi consecratio 36. — Electorum plurium consecratio in Episcopos 374.
 Examen pro Episcopo 39.
 Excommunicandi et absolventi ordo 268.
 Exorcistarum ordinatio 13. — Exorcistae unius ordinatio 352.
 Expulsio publice poenitentium ab Ecclesia in feria IV. Cinerum 225.

F.

Festorum mobilium publicatio in Epiphania Domini 224.
 Fidei professio Tridentina 248.

I.

Imaginis B. M. V. benedictio 206. — Imaginum aliorum Sanctorum benedictio 208.
 Imperatoris processionalis receptio 286.
 Imperatricis processionalis receptio 289.
 Impositio et benedictio primarii lapidis pro Ecclesia aedificanda. 117.
 Incensi benedictio 148.
 Indumentorum sacerdotalium in genere benedictio 200. — Indumenti cujuslibet specialis benedictio 201.
 Infirmorum olei benedictio 237.
 Itineratio Praelatorum 278.
 Juramenti Forma Electi in Episcopum 52. — in Abbatem 60. — in ordine ad Synodum 248.

L.

Lapidis primarii benedictio et impositio pro Ecclesia aedificanda 117.
 Lectorum ordinatio 12. — Lectoris unius ordinatio 351.
 Legati processionalis receptio 280.
 Libera me Domine 284 et 295.
 Linteaminum altaris benedictio 201.
 Litaniae Omnium Sanctorum 18.

M.

Mapparum altaris benedictio 201.
 Matrimonii celebrandi ritus pontificalis 390.
 Militis novi benedictio 114. — Militis regularis creatio 116.
 Mitra pontificalis benedictio 49. — Mitrae Abbatis benedictio 72.

N.

Novae Crucis benedictio 202.
 Novi militis benedictio 114.
 Nuptiarum benedictio 393.

O.

Olei catechumenorum benedictio 242. — Olei infirmorum benedictio 237.
 Ordines in genere 4. — minores 11. — majores in genere 17.
 Ordo ad Synodum 244.
 Ornamentorum benedictio in consecratione Ecclesiae 157. — in consecratione altaris 175.
 Ostiariorum ordinatio 11. — Ostiarii unius ordinatio 349.

P.

Pallium 52. — Diebus, quibus Pallio uti potest Patriarcha sive Archiepiscopus 53.
 Parochiae Visitatio 282.
 Parvulorum baptismus 305. — Ritus pro supplendis omissis super infantem baptizatum 326.
 Patenae et calicis consecratio 198.
 Pectoralis crucis benedictio (206) 220.
 Portatilis altaris consecratio 178. — Portatiliam altarium consecratio 446.
 Praelatorum itineratio 278.
 Presbyterorum ordinatio 27. — Presbyteri unius ordinatio 365.
 Primarii lapidis benedictio et impositio pro Ecclesia aedificanda 117.
 Principis magnae potentiae processionalis receptio 288.
 Principissae magnae potentiae processionalis receptio 290.
 Professio fidei Tridentina 248.
 Psalmi poenitentiales 62.
 Psalmistatus officium 304.
 Publicatio festorum mobilium in Epiphania Domini 224.

R.

Receptio processionalis Imperatoris 286. — Regis 287. — Imperatricis vel Reginae 289. — Principis magnae potentiae 288. — Principissae magnae potentiae 290. — Praelati vel Legati 280.
 Reconciliatio Apostatae, Schismatici vel Haeretici 274.
 Reconciliatio Coemeterii sine Ecclesiae reconciliatio 197. — Reconciliatio Ecclesiae et Coemeterii 191.

Reconciliatio poenitentium in feria V. Cœnæ Domini 228.
 Reginae benedictio et coronatio 104. — Reginae solius 107. — ut regni Dominae 108.
 Regis benedictio et coronatio 96. — in consortem electi 113.
 Reliquiarum capsarum benedictio 210.
 Restitutio sacrorum Ordinum 258.

S.

Sacerdotalium indumentorum in genere benedictio 200.
 Salis et aquæ benedictio in imponendo primario lapide 117 — in consecratione
 Ecclesiae ibid.
 Scrutinium serotinum 297.
 Septem Psalmi poenitentiales 62.
 Signi benedictio 212.
 Subdiaconorum ordinatio 17. — Subdiaconi unius 355.
 Supplendi ritus ommissa super baptizatum adultum 331. — super infantem bapti-
 zatum 326.
 Suspensionis ordo 258.
 Ad Synodum ordo 244.

T.

Tabernaculi benedictio 209.
 Te Deum laudamus 50.
 Tobalarum, Vasorum et ornamentorum benedictio in consecratione Ecclesiae 157.
 — in consecratione Altaris 175.
 Torquium Virginum benedictio 88.

V.

Vasculi pro Ss. Eucharistia conservanda 209.
 Vasorum et aliorum ornamentorum in genere 209.
 Veli benedictio pro Abbatissa 82. — pro Virginibus 87.
 Veni Creator Spiritus 31.
 Vestium Virginum benedictio 86.
 Vexilli bellici benedictio et traditio 223.
 Virginum benedictio et consecratio 84.
 Visitatio Parochiae 282.



RITUS BENEDICENDI NOVAM ECCLESIAE FRONTEM ET SIGNUM CRUCIS SUPER EAM ERIGENDUM.

Pontifex induet amictum, albam, cingulum, stolam et Pluviale albi coloris, accipiens mitram simplicem in capite, et baculum pastorale in manu sinistra: Diaconus et Subdiaconus, similiter induti paramenta albi coloris, acolythi et alii ministri superpelliceis parati adsint. Paretur quoque vas cum aqua benedicta, ac thus et thuribulum cum igne.

Pontifex cum ministris accedit ad altare majus Ecclesiae, et deposito baculo pastorali, stans sine mitra, inchoat, et schola cantorum prosequitur antiphonam:

Adesto Deus unus * omnipotens, Pater, Filius, et Spiritus sanctus.

Deinde dicit:

Orémus.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni et adjuvándo proséquere, ut cuncta nostra orátio et operátio a Te semper incípiat, et per Te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Qua Oratione dicta, aspergit se et circumstantes aqua benedicta, inchoans, schola prosequente, antiphonam:

Aspérge me * Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Tunc, imposita sibi mitra, pergat ad fores Ecclesiae cum ministris, præcedentibus duobus acolythis cum candelis accensis, et incipit circuire ad manum dexteram, procedens cum Clero et populo, et aspergens cum ipsa aqua forinsecus parietes frontis Ecclesiae in superiori parte eorum, juxta fundamentum, et in media parte eorum, idest, circa altitudinem faciei suæ, dicens semper:

In nómine Pa ✠ tris et Fí ✠ lii et Spíritus ✠ Sancti.

Expleto circuitu, cum Pontifex pervenerit ante ostium, stans ibidem versus ad illud, deposito aspersorio et mitra, dicit:

Orémus.

Béne ✠ dic, Dómine, hanc novam Ecclesiæ frontem, et præsta per invocatióem sancti tui nóminis, ut quicumque eámdem Ecclesiám pura mente ingressi fuerint, córporis sanitátem et áni-
 mæ medélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea stans benedicit Crucem in fronte Ecclesiae collocatam vel collocandam.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Béne ✠ dic, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem tuam, per quam eripuísti mundum a potestáte diabóli, et superásti Passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiόnem: Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Sancti ✠ fice, Dómine Jesu Christe, signáculum istud Passiónis tuæ, ut sit inimicis tuis obstáculum, et credéntibus in Te perpétuum efficiátur victóriæ vexillum: Qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitate Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Tunc offertur Pontifici thus in navicula, quod Pontifex stans sine mitra benedicit, dicens:

Orémus.

Dómine Deus omnipotens, cui adsistit exércitus Angelórum cum tremóre, quorum servitium spirituále et igneum esse cognóscitur: dignáre respicere, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre hanc creatúram incénsi, ut omnes languóres omnésque infirmitates atque insídiæ inimici odórem ejus sentiéntes effúgiant, et separéntur plásmate tuo; ut numquam lædátur a morsu antiqui serpéntis, quod pretiósio Fílii tui sángine redemísti. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Quo facto Pontifex imponit thus in thuribulum; deinde aspergit Crucem aqua benedicta, et mox eam incensat.

Demum Pontifex flexis genibus ante Crucem, eam devote adorat una cum Clero ac populo.

Postea cæmentarii locant Crucem super Frontem templi, si ea non sit jam collocata: interim Pontifex Ecclesiam ingreditur, canente schola cantorum antiphonam:

Attóllite portas principes vestras, et elevámini portæ æternáles; et introibit Rex glóriæ.

Ps. 23. Dómini est terra.

Quo Psalmo absoluto, pergít Pontifex ad Altare, et illud ascendens more solito benedicit populo.

APPROBATIO.

Præsens ritus benedicendi novam Ecclesiae frontem etc., a. S. Rituum Congregatione die 12. Februarii 1887 approbatus, et in Supplemento ad Appendicem Pontificalis Romani apponendus, concordat cum Originali. In fidem etc.

Ex Secretaria Sac. Rit. Congr. die 1. Junii 1896.

(L. ✠ S.)

Aloisius Tripepi, S. R. C. Secret.

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 11. Junii 1896.

Dr. Fr. X. Leitner, Vic. in Spir. Gen.

RITUS SERVANDUS IN CORONATIONE IMAGINIS BEATÆ MARIÆ VIRG.

Pontifex indutus pluviali albi coloris et mitra, pergít ad altare, præcedente Clero, ibique sistens in plano Cruci profunde inclinát: deinde ascendit super pradellam et, deposita mitra, coronas super mensam altaris positas benedicit, dicens:

Sub tuum præsidium confúgimus Sancta Dei Génitrix, nostras deprecatiónes ne despicias in necessitatibus nostris; sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriósa et benedicta.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, cujus clementíssima dispensatióne cuncta creata sunt ex nihilo, Majestátem tuam súpplices deprecámur: ut has Coronas pro ornátu Sacræ Imáginis Unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, et ejúsdem Genitricis Beatíssimæ Virginis Mariæ fabricátas bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Si una tantum corona benedicenda sit, loco prædictæ Orationis dicatur sequens:

Omnipotens sempitérne Deus, cujus clementíssima dispensatióne cuncta creata sunt ex nihilo, Majestátem tuam súpplices deprecámur: ut hanc Coronam pro ornátu Sacræ Imáginis Beatíssimæ Virginis Mariæ fabricátam bene ✠ dicere et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pontifex deinde sedens imponit incensum in thuribulo, illud more solito benedicens: tum surgens aspergit Coronas aqua benedicta, et illas thurificat.

Inde, accepta mitra, descendit, et ante Altare genuflexus intonabit

Antiph. Regína cæli lætáre, allelúja: quia quem meruísti portáre, allelúja, Resurréxit sicut dixit, allelúja. Ora pro nobis Deum, allelúja.

Quam Cantores modulatis vocibus prosequuntur.

Interim Pontifex surgens, et mitra ornatus paratos gradus ascendet. Ante Sacram Imaginem mitram deponit, et accepta una ex Coronis accedat propius, et Caput Imaginis D. N. Jesu Christi eadem Corona ornabit dicens:

Sicuti per manus nostras coronáris in terris; ita et a Te glória, atque honóre coronári mereámur in cælis.

Quando alia Corona benedicenda non sit, absoluta antiphona Regína cæli, Pontifex, ommissa prædicta formula, Sicuti per manus etc. pro coronatione Imaginis pueruli Jesu, accipit Coronam benedictam, et sequentem tantum recitat formulam:

Sicuti per manus nostras coronáris in terris, ita et per Te a Jesu Christo filio Tuo glória, atque honóre coronári mereámur in cælis.

His expletis, Pontifex descendet cum mitra, et ante Altare, deposita mitra, imponet thus in thuribulo, eoque benedicto, Sacram Imaginem stans triplici ductu thurificabit.

Deinde subdet:

V. Coróna aúrea super caput Ejus.

R. Expréssa signo sanctitátis, glória honóris, et opus fortitudinis.

V. Coronásti Eam, Dómine.

R. Et constituísti Eam super ópera mánuum tuárum.

Orémus.

Præsta, miséricors Pater, per invocatióem Genitrícis Unigéniti Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi, quem pro salute géneris humáni, integritáte Vírginis Mariæ serváta, carnem súmerere voluísti, quátenus précibus ejúsdem Sacratíssimæ Vírginis, quicumque eádem misericórdiæ Regínam, et gratiosíssimam Dóminam nostram coram hac ImáGINE suppliciter honoráre studúerint; et de instántibus perículis eruántur, et in conspéctu divínæ Majestátis tuæ de commissis, et omissis véniam ímpetrent, ac mereántur in præsénti grátiam, quam desiderant adipisci, et in futúro perpétua salvatióne cum eléctis tuis váleant gratulári. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Tum intonabit Hymnum: Te Deum laudámus.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesaúrus: píssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Si Pontifex Missam celebrare voluerit, post Orationem Pláceat intonat in gratiarum actionem Hymnum Te Deum etc., et postea fidelibus adstantibus solemniter benedicit; deinde, publicata Indulgentia, si a Summo Pontifice concessa fuerit, juxta verba in Litteris Apostolicis expressa, Pontifex recitat, more solito, Evangelium S. Joannis.

Si per triduum aut per octiduum solemnitas protrahatur, Hymnus Te Deum. última tantum functionum die cantabitur.

Concordat cum originali adprobato. — In fidem etc.

Ex Secretaria Sacræ Rituum Congregationis die 29. Martii 1897.

(L. S.)

Diomedes Panici, S. R. C. Secretarius.

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 15. Maji 1897.

Dr. Fr. X. Leitner, Vic. in Spirit. Gen.

